



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii

Acquaviva, Claudio

Ingolstadii, 1592

VD16 A 125

Capvt IX. De dupli examine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60966](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60966)

Debet autem curare ut cognitio huius veritatis, quæ in fundamento tractatur, quam maxime menti infigatur, quoniam ut fundamentum fabricæ totam ipsam sustinet, ita hæc veritas influit in omnia exercitia, & præsertim in ipsam electionem status, quæ tota fere hinc pèdet, & ideo quo melius hæc meditatio successerit, eo etiam melius reliqua succedunt.

De duplice examine.

CAPVT IX.

DVM DV RAT M E D I T A T I O fundamenti debet Instructor exercitatem aliquoties visitare, & semper ei aliquid noui in scriptis afferre, quia sic videtur quodammodo leuari tædium, & melius etiam percipi quæ singula proponuntur.

IGITVR in primo congressu post datum fundamentum datur examen particulare, in quo tradendo significandum est ei, in quovis homine vnum, aut alterum vitium siue peccatum esse solere præcipuum, & quod in eo sit quasi

quasi causa, & radix aliorum. Et licet in aliquo plura essent præcipua, exp̄dire tamen, vt vnum deligitur ad quod extirpandum toti incumbamus, vt eo superato ad aliud, & aliud deinceps peculiarem hunc conatum, & studium transferamus. Huic igitur rei seruit examen particulare, cuius usus et si post peracta exercitia esse debet toto vitæ tempore, nunc tamen inchoatur, tum vt aliqua eius peritia acquiratur, tum etiam quia hoc examine uti oportet circa exercitia, & eorum additiones. Est autem multum commēdandus huius examinis usus propter magnam eius utilitatem, præsertim ad consequendam animi puritatē, vt docet Cassianus Colla. 4. & 5. Bernardus s̄epe. Itaque in fine exercitiorum cum discedenti dantur præcepta vitæ bene instituendæ, hoc in primis inculcandum est.

Additiones autem illæ quatuor distandæ ne sint, an verbo tantum explicandæ prudentię Instructoris relinquatur.

Deinde eadem die, & sequenti datur examen generale, & quotidianum. Non autem

autem datur per modum meditationis,
sed instructionis cuiusdam, & ut homo
incipiat aperire oculos ad cognoscenda
peccata vitæ præteritæ.

Quod vero attinet ad examen gene-
rale non est dubium, quin aliæ etiam
multæ sint peccatorum species, quæ hic
non ponuntur, sed vel hic ea tantum
peccata attinguntur, quæ frequentius
accidunt, reliqua autem peti possunt ab
aliis auctoribus, qui ex professo de hoc
agunt, vel hoc examen pro iis tantum
conscriptum est, qui iam paulo magis
spirituales sunt, & ab aliis grauioribus
peccatis abstinent, in hæc autem fre-
quentius incidere solent. Itaque non
fuit mens P. N. Ignatij tam breui tra-
ctatione omnia peccata comprehende-
re, sed tantum, ut dictum est, pios ani-
mos admonere de iis quæ frequentio-
ra sunt.

Porro examen quotidianum, quod
quinque puncta complectitur, dictetur
prout iacet. Ad illud autem faciendum
iuuat illa lux, quam præbet examen ge-
nerale per illam distinctionem pecca-
torum, quæ fiunt, cogitatione, locutio-
ne, & opere. De